



Barthol. Spina de Uniuersali Corruptione generis humani
ab Adam seminaliter propagati.

- 73 -

Archiep. 1525.
1535. Venet. apud
anum Sabiensem in fol.
9. cap. 2. fol. 73. b
Papa habet in docendo
auctoritatem S. Spiritus cum
conditione

cap. 3.

Papa non potest si
auctoritatem Dominicanis imponere

Dominicani non debent
obediere.

Pontifex dirigitur à Spiritu S. in talibus, quæ ad fidem spectant et bonos mores
ut non possit quicquam contra ista docere, dummodo faciat quod in se est, ut à
Spiritu Sancto dirigatur in doctrina fidei et regimine recto ouium Christi; quod
tunc præsertim contingit, quando de consilio fratrum suorum Card. et Episcoporum
peritorum procedit.

(à Conceptionis scilicet B. M.)

Qui clarè nouerunt opinionem illam, esse erroneam, peccarent et formaliter hereti-
ci essent, si illam non impugnarent, quia non solum corde creditur ad ius-
titiam, Verum etiam ore fit confessio ad salutem. Nec deberet aut posset
Pontifex inhibere, quin tales uerbo uel scripto ueritatem defenderent
et opinionem illam esse hereticam demonstrarent; imo teneretur in tali
dissidio Pontifex super dubiis huius determinatione omni quo posset studio
inuiuilare et quanto citius de Ecclesia scandalum tollere. Si ergo ante suam
uel Concilij determinationem præciperet, nullum opinionem illam, quæ tamen
esset de facto contraria Sacris litteris et determinationibus Conciliorum
hereticam publicare, non esset ei parendum ab his qui clarè cognoscunt
eam esse hereticam. Propter quod tempore quodam cum Pontifex in heresim
incidisset quod anima Sanctorum non uidebunt diuinam essentiam ante
diem Iudicij: Statim fidelis ordo prædicatorum se opposuit cum nonnullis
etiam Magistris Ordinis Minorum. Et licet passi fuerint iniurias et dam-
na multa, præualuit ueritas, Papa proprium errorem castigante. Non
caruissent autem macula consensus in heresim. si comminationes aut
persequutiones illius protinuissent. Veritas fidei liberè et sine ullo
timore confitenda est et prædicanda. Magis enim obediendum est Deo
quam hominibus. Actuum 9. Ipse uero præcepit, Marci 16. Euntes
in mundum Uniuersum prædicate Euangelium omni Creatura. Omnis
autem ueritas fidei formaliter uel virtualiter in Euangelio continet.
Et Apostolus dicit quod si Angelus de Cælo euangelizet præter id
quod euangelizatum est ab eo, anathema sit, et quanto minus est creden-
dum aut obediendum homini, qui ut homo est decipi potest. Peccaret
Pontifex si talia præciperet, nec ista tamen præciperet ut Pontifex est

Quia ^{tum} non est Pontifex
sed persona presumptuosa,
nec a Spiritu S.^{ti} dirigitur.

Pontifici Dominicanis silen:
tium imponenti nullo pacto
parendum est.

Ibid.

Ibid. cap. 9. fol. 74.
Ecclesia sententia est falsa
et haeretica.

Ibid.

Pontifex silentium Domi:
nicanis imperans est ini:
micus fidei.

^{conceptione}
Dominicani possunt ma:
culatam subdere et defen:
dere.

Cum sit opus sanctissi:
mum et vita aeterna
meritorium.

et directione Spiritus S.^{ti} sed ut singularis et presumptuosa persona
proprio, cum Spiritus Sanctus non impellat ad falsa, sicut nec ad mala, sed
ergo non recte potest Pontifex abutendo potestate precipere aliquid contra
fieri, puta excommunicari innocentem: ita simili abusu si contingeret
gram precipere, ne aliqua veritas fidei defenderetur, aut falsitas de:
retur et oppugnaretur, non esset ei parendum ullo pacto.

Sciendum quod aliud est opinionem esse haeresim, et aliud opinantem esse haeresim
quoniam enim quod clarum est aliquibus, potest alijs esse obscurum, et
determinationem Ecclesiae specialiter factam potest aliquis opinari, quod
sit id quod in se falsum est et erroneum, nec propter hoc censendus
formaliter haereticus. Unde si quis ante claram Ecclesiae determinat:
talem vocaret haereticum, peccaret, proximo suo non leuem, imo gravissimam
sine rationabili causa calumniam inferens.

B. Virginem fuisse a peccato de facto contrahendo, eo quod sit Mater Christi
excipiendam, in rei veritate falsum est et haereticum.

Asserere quod verum est et fidei consentaneum, imo in Ecclesia praedicandum
ut ad fidem pertinens, non potest Pontifex inhibere. Alias esset
inimicus, non defensor. Non potest Pontifex precipere simplicitate
absolute, ne aliquis asserat eos qui tenent B. Virginem esse conceptam
vel non conceptam in peccato originali esse haereticos, nec determinat:
has assertiones omnibus modis esse falsas, quod probatur, quoniam
cum istae sint contradictoriae, oportet de necessitate fateri quod aliquid
vera sit. Et cum haec veritas possit clare cognosci ante determinat:
nem specialem Ecclesiae, patet quod talis qui eam cognoscit, pariter
etiam cognoscit, quod opposita falsa est. Potest ergo talis veritas
fidei cognitam profiteri, suadere, defendere, et falsitatem oppositam
oppugnare. Hoc est enim elucidare sapientiam Dei cui statuitur
na vita pro premio juxta illud Ecclesiastici 24. qui elucidant
vitam aeternam habebunt. Quomodo potest igitur verus Pontifex

Ratio de Conceptione ad fidem pertinet.

prohibere sanctissima hac opera' Ad fidem autem spectare questionem istam (Licet indirecte in quantum, inquam, dependet et inferitur ex his qua ad fidem directe spectant) ex ipsa etiam Extravaganti probatur, quoniam in fine reddens rationem quare alteram quam quisq voluerit contradictionis huius partem tenere possit, dicit, Cum nondum sit hoc a Romana Ecclesia et Aptica Sede decium. qua ratio nulla vel futillis esset nisi intenderet quod si alteram partem esse veram esset per Ecclesiam decium, iam non posset quis oppositam sine labe criminis vel heresis sustinere vel opinari, quod tamen non esset verum si amba partes de se indifferentes habeant ad fidem, Ut Caietanus conatur probare Non enim decisiones fiunt ab Ecclesia (ut tamen supponit Pontifex circa presentem questionem esse fiendam) nisi de pertinentibus ad fidem vel bonos mores directe vel indirecte.



Ibid.

iniani predicatores grauium scandalorum.

Intendit Pontifex per illam Extravagantem obuiare scandalis qua oriebantur et sequebantur ex predicantium quorundam imprudentia, qui putantes Deo sacrificium offerre in publicis sermonibus dicebant hereticos eos, qui contradictionis illius parti negatiua adhaerebant, et quod impium erat sic opinari, aut sic opinantibus fauere vel consentire. Male enim agebant illi predicatores, cum nescirent eos esse obstinatos, qui partem illam negatiuam tuebantur. Obstinati autem soli in his que sunt contra fidem non publicatam sunt vocandi heretici. Inpublicata enim fide etiam dubius, infidelis est.

Ibid. cap. 6. materialia opinio non dicitur formaliter in scripturis et Concilijs.

Hac veritas B. Virgo est concepta in peccato originali non continetur in Sacris Litteris et determinationibus Conciliorum formaliter sub predictis aut similibus verbis, sed solum virtualiter. Sanctos autem doctores nullus tenetur sic existimare non errasse, quod oppositum sentire faciat hominem hereticum nisi forte in his in quibus eorum doctrina esset per Ecclesiam approbata, qua etiam approbatio nota esset.

Ibid. Pontifex debet decidere controversiam

Moueri debet Ecclesia cognitam veritatem tandem per sententiam credendam populo publicare, et tantum scandalum a se remouere.

Ibid. prohibet piam sententiam tenentes vocari hereticos formaliter, non materialiter.

Sixtus 4^{us} in Extravaganti loquitur de asserentibus eos qui tenent alteram partem contradictionis esse formaliter hereticos, non autem de his qui tenent eos materialiter tantum hereticos, cum primi soli dicantur proprie heretici

non secundi, qui etiam nec mortaliter peccant, imo possent mereri non
falsum teneant aut fidei contrarium, sed quod putant esse verum et
etsi scirent oppositum ab opinione illa resilirent. Nec potest obijci
eis veritas declaratur, quia multi non intelligunt vim declarationum
tenentur credere omnibus declaratoribus, sed soli determinationi eorum
qua licet in proposito sit, non quidem in se, sed in suis principiis, non tam
est clarum omnibus, quod in illis principiis concludatur, et ex eis inferatur
quo ad hanc sententiam (Virgo Maria est concepta cum peccato originali
formaliter et de facto. Et eo magis etiam excussantur tales, quibus
est clara veritas, quando videant multos reputatione communi doctorum
viros id ipsum secum sentire. Si quis ergo diceret tales esse haereticos,
diceret et esset per Extravagantem illam excommunicatus. Secus qui dicit
opinionem opinionem esse in se haeticam, hoc enim non subest potest
Papa, utque haetica est opinio, faciat sua voluntate non haeticam
Nec prohibere potest, quin veritatem agnitam declarent Sapientes, imo
caret gravissime si praedictis modis veritati se opponeret.

Sixtus non prohibet piam
opinionem ubi haetica

Quia non habet tantam
potestatem.

fol. 79.

Sixtus dubitavit de veritate
et falsus est Dominicanus
opinionem esse fundatam
in scripturis et Patribus.

Cap. 7. contendit Sixtum 4. fuisse ambiguum et plurimum dubitasse de
fate Immaculate Conceptionis, ac propterea noluisse eam de fide de finem
quod diceret, Non possumus quoniam Sancti Doctores contradicunt.
Luisse etiam comburendos mandare libros Bandelli hac reddita ratio
quoniam comburerem dicta Sanctorum. Neque enim fratres praedicatorum
crisi super sacra scriptura et Sanctorum doctorum auctoritates fundantur

fol. 79. 6.

Festum Conceptionis a dia.
solo inventum et in Eccl.
siam introductum.

Cap. 9. contendit festum Conceptionis esse inventum diaboli qui transiit
rit se in Angelum Lucis et festi celebrationem revelavit. Verba
Timendum fuit et pro certo tenendum, quod ab Angelo Satanae qui se
figurat in Angelum Lucis, ut fideles sub specie Sanctitatis deciperent
deceptio ista processerit. Magis autem ut inter ipsos fideles dissidium
vissimum causaretur, et contra bonos Religiosos et fidei Sanctae pugna
invictissimas persecutiones gravissimas excitaret, gavius est ipse Satana
et continue gaudet atq. molitur et diabolus nihil aliud inquisivit ex
ase causato dissidio, nisi ut sequerentur infinita scandala, sicut factum
Sua autem praefata scandalorum parenti revelationi se protinus opponit

Bernardus diabolo se
pozuit.

diabolus prauauit,
ecclesia quod uoluit
uasit.

Cap. 10. fol. 76.



nicani tenentur piam
entiam uerba et scripta
nare ut haereticans.

Pontifex sic cogatur
ueriam deficire.

obstante Sixti
to affirmatiua senten
tenenda est de fide.

Cap. 16. fol. 78.

rum sententia preferen
decretis Pontificum.

Cap. 20. fol. 79.

nicanoum sententia
e necessitate fidei et
fidei fundamentum
inet.

Cap. 21.

opinionis defensio
ocasio Lutheranismi

ificum negligentia,
oluerunt controuersia
nire.

Sanctissimi Ecclesie doctores, et praecipue Bernardus, declarans eidem nulla-
tenus adhibendam fuisse fidem, et detestans festum eiusdem reuelationis
assertae gratia inchoatum in Ecclesia Lugdunensi. Inualescente tamen
diabolo mouenteg Nonnullos Nouitatum amatores, ut populum sub
specie deuotionis ad B. Virginem inclinarent. hanc celebrare festiuitatem
inualuit mos iste per multas Ecclesias.

Per Sixti 4. Extrauagantem non prohibetur quisquam ne possit asserere vel
probare uerbo uel scripto positionem illam qua Sacris Litteris et deter-
minationi Conciliorum saltem indirecte uel reductiue contrariatur esse
haereticam, imo quilibet Jesu Christi seruus ad hoc ipsum omni studio
conari debet, ut ex hoc tandem moueatur Summus Pontifex facere
quod tenetur, ac ueritatem a Sanctis Patribus praedicatam determinando
tantum dissidium de gremio Ecclesiae per sententiam definitiuam auferre.

Non obstante praedicta Extrauagante firmiter tenendum est secundum fidem
Catholicam, quod Sancti omnes Ecclesiae doctores de hac materia loquen-
tes affirmant, quod omnis utriusq; sexus propagatus ab Adam secundum
rationem seminalem nascatur in utero filius ire, propter peccatum ori-
ginale, quod actu incurrit, et non solum quod ex ipsa sua generatione
sit peccato obnoxius.

Quando Sancti Doctores confirmant dicta sua per Sacras Litteras iuxta sensum
ab Ecclesia acceptatum pro Literali, praepositur eorum auctoritas etiam
Constitutis Pontificum d. 20. c. 1. quoniam virtualiter idem docent, quod
Sacra Littera.

Quia ponendo B. Virginem ab originali peccato praeseruatam uidetur expresse
sequi oppositum conclusionis, quam probauimus esse Catholicam et de
necessitate fidei tanquam unum de principalibus eius fundamentis absq;
ulla dubitatione credendum, hortatos uelini omnes praecipue praedicantes
ne sub excussationis uelamine, quasi uenerentur B. Virginem agnitam
tanta necessitatis ueritatem impugnent.

Contemptus Sanctorum a defendentibus praeseruationem B. uirginis a peccato
dedit lubricum Luthero.

Adeo prauauit perniciosissimum uirus eius, ut iam non possint etiam Summi Ponti-
fices adhibere aemidium. A forte iustissime permisit hoc Deus, et in poenam

negligentia, qua nullus hactenus, curauit huius morbi suborientis cau-
imputare. quod fecissent utiq; facile, si controuersia hac de conceptione
Virginis inter Christianos desuuiens per Ecclesiasticam sanctionem
e medio sublata.

Lutherus sua peruersitatis et audacia sumpsit occasionem ex aliorum in-
qui nostris temporibus, ut unam opinionem Sanctorum doctrinis manifeste
contrariam ipsi defenderent, in tantam prorupere Vesaniam, ut ipsis et
Sanctis se ipsos publice coequarent.

Pia opinio Sanctorum
doctrina manifeste contraria.

Sermones, quibus pia sen-
tentia assentitur, sunt La-
quei diaboli.

Ibidem negatiue sententia patronos vocat amicos diaboli gehennae filios
lestissimos a diabolo obtenebratos. Subdit deinde. Unde necessarium
omni Christiano, ut ab horum sermonibus non secus ac a diaboli laqueis
fugiant.

Par. 6. cap. 4. fol. 81. Non omnes istas Sanctorum auctoritates, quas induco in fonte videre potui,
innixus sum fidelitati D. Joannis de Turrecremata qui testatur se in
requiritas omnes vidisse, his exceptis quas ipsemet confitetur non potuisse
videre. Testimonium autem vniuersi Cardinalis, et praecipue tam
tristissimi in Sanctitate et doctrina suo tempore primarij, fides dat. indu-

Cap. 6. fol. 83. 6. Hi nostri temporis impudentissimi aduersarij ex Sanctis doctoribus quos
inducunt in sui fauorem, ex quo vel maxime detegitur eorum malitia,
nienendaq; nequitia grauissima, Nam vel Sanctis adscribunt, quod a
Sancto prolatum est, equiuocantes in nomine, vel certe Sanctorum au-
oritates verborum subtractione sic peruertunt ut sensum contrarium
ferant ei quem integre promunt, quo scelere grauius non commiserunt
qui haeretici.

De Conceptione contra
Caietanum
Cap. 8. fol. 86. 6.
Pia sententia formaliter
est haereticis Pelagianis.

Præseruatio ista a macula per gratiam præuenientem in Virgine non differt
ab heresi Pelagianorum formaliter, sed tantum materialiter, quoniam quod
illi communiter attribuebant pueris Christianorum, ista positio dicitur
B. Virginis.

Cap. 9. falsum est secundum fidem quod B. Virgo sit præseruata in Conceptione
originalis peccati macula, sicut eam de facto non habuerit, sed tantum
indebito ob carnis infectionem uti dicebat Caietanus.

Cap. 3. fol. 88.
Quomodo Eulenia aliquid
de fide decidat.

Sixtus in Extrauaganti cur neutrius partis assertores dici debeant haeretici
vel peccare mortaliter, rationem assignat quoniam videlicet non est

adhuc per Ecclesiam decisum, scilicet per expressa Verba, ex quibus omnes cogantur sub poena haereticis debita, tenere alteram contradictionis illius partem explicitè.

sententia est haeresis

p. 14. fol. 88.

ina fatetur se R. d. Bandellum imitari.

Licet hæc opinio (negatiua) prædicetur a certo tempore non tamen acceptatur vniuersaliter ab Ecclesia, sed potius verè in hoc a sapientibus semper ut haeresis euitatur. Glossas Scripturarum, quas aduersarij inducunt esse grauissimas earum Corruptiones olim Reuerendis. Cardinalis D. Joannes de Turrecremata et R. d. Bandellus in suis operibus demonstrant quos et ipse pro viribus imitari curavi.

